Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quam te philippus uocaret cum eres sub ficu:
uidi te. Respondit ei nathanael et ait: Rabbi: tu es
filius dei: tu es rex israel. Respondit ihs et dixit ei:
Quia dixi tibi uidi te sub ficu credis: maius
his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uob:
uidebitis celum apertum et angelos dei ascendentes
et descendentes sup filium hominis. In die sancto.

Fres: Corde creditur ad iusti Ad romanos.
ciam: ore autem confessio fit in salute. Di
cit enim scriptura: Omnis qui credit in illu:
non confundetur: Non enim est distinctio iu
dei et greci. Nam idem dominus omnium: di
ues in omnes qui inuocant illum. Omnis
enim quicumq; inuocauit nomen domini
saluus erit. Quomodo g̃ inuocabunt in quē
non crediderunt: Aut quom̃ credent et quem
non audierunt: Quom̃ audient sine predi
cante: Quom̃ uero pdicabunt: nisi mittan
tur: sicut scriptum est: quam speciosi pedes euā
gelizantium pacem: euangelizantium bona:
Sed non omnes obediunt euangelio: Ysaias
enim dicit: Domine: quis credidit auditui
nio: Ergo fides ex auditu: auditus autem p
uerbum xpi. Sed dico: Numquid non audierūt.
Et quidem: In omnem terram exiuit sonus
eorum: et in fines orbis terre uerba eorū. S. mathin.